



Universitätsbibliothek Paderborn

**Alimenta Pietatis Erga S. Iosephvm Iesu Christi Nvtritivm
Post Iesvm Et Mariam Divorvm Amabilissimvm**

Barry, Paul de

Monachii, 1650

Litaniæ De S. Iosepho.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46266](#)

LITANIÆ DE
S. I O S E P H O.

Kyrie eleison,
Christe eleison.

Kyrie eleison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cælis Deus, Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, Miserere nobis,

Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, Miserere nobis.

Sancta MARIA Regina totius mundi,

S. Ioseph Beatae Virginis Sponse,

S. Ioseph in ventre matris justificate,

S. Ioseph à peccate mortali imunis facte,

S. Ioseph in gratiâ confirmate,

S. Ioseph Patriarcharum culmen,

S. Ioseph inter omnes in Virginis connum-
bium electe,

S. Ioseph ineffabilibus benedictionibus
donate,

S. Ioseph, cui Regina Cæli ministravit,

S. Ioseph Christi Pater vocare,

S. Ioseph Christi nutritor amantissime,

S. Ioseph Christi Pueri post Virginem
prime adorator.

S. Ioseph, qui Christum ab Herode libe-
rasti,

S. Ioseph, qui Virginem traducere noluisti

S. Ioseph

Ori pro nobis

- S. Ioseph Christo & Matri simillime,
 S. Ioseph donis Spiritus sancti abundan-
 tissime,
 S. Ioseph vir Angelice,
 S. Ioseph, qui monitione custodis Angeli
 in Christo curam exerceisti,
 S. Ioseph, qui ut Angelus diuina oracula
 retulisti,
 S. Ioseph, qui ut Principatus Christum
 magni confilij Angelum gubernasti,
 S. Ioseph, qui ut virtus, minister Christi
 fuisti,
 S. Ioseph Dominationibus maior, cui Rex
 & Regina cælorum seruiunt,
 S. Ioseph, in cuius brachijs & gremio, tan-
 quam in Throno Christus insedit,
 S. Ioseph, qui ut Cherubim, Virginis veri
 Paradisi custodiam habuisti,
 S. Ioseph vir Seraphice,
 S. Ioseph contemplator altissime,
 S. Ioseph inter brachia Christi defunctor,
 S. Ioseph Angelici concentus auditor,
 S. Ioseph ad limbum Patrum Christi præ-
 cursor,
 S. Ioseph, qui cum Christo inter alios re-
 surrexisti,
 S. Ioseph, qui corpore & animo peculia-
 ribus gloriae donis frueris,
 S. Ioseph Patrone & defensor noster dul-
 cissime,

Ora pro nobis.

A 3 V. Do

298 *Litanie de S. JOSEPHO.*

*¶. Domine exaudi orationem meam.
¶. Et clamor meus ad te veniat.*

O R E M V S.

SAntissimæ Genitricis tuæ Sponsi,
quæsumus Domine, meritis adiuue-
mur; ut, quod possilitas nostra non
obtinet, eius nobis intercessione done-
tur: qui viuis & regnas cum Deo Patre
in unitate Spiritus Sancti Deus, per om-
nia sæcula sæulorum, Amen.

Hymnus deuotus.

D E S. I O S E P H O

Sub tono: stabat Mater dolorosa.

I.

SAlve Pater Saluatoris,
Salve Custos Redemptoris,
Ioseph ter amabilis.
Salve Sponse Matris Dei,
Salve Hospes Iesu mei,
Ioseph ter mirabilis.

2.

Dulces cunæ, dulces panni,
Dulces dies, dulces anni,

Dum